

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis  
Extrema Unctionis, & Ordinis

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1672**

Concl. IV. Prima Tonsura, & officium Cantoris, non sunt veri Ordines.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

natis, si non omnia, saltem aliqua minoris momenti, ut patet ex consuetudine tolerata. Interim certis ritibus & ceremoniis conceditur licentia, illa officia stabiliter exequendi, quod sufficit, ut sint gradus praeminentes, & veri Ordines.

Si rursum objicias; Dionysius c. 5. Eccles. Hierarchiae ponit tantum tres Ordines, scilicet Episcopatum, Sacerdotium, & Diaconatum.

33.  
Alia ob-  
jectio  
nibus  
Dionysius  
Salvatur.

Resp. est argumentum negativum, quod non concludit; quis non erat intentionis Dionysii, omnes Ordines recensere, sed principaliores tantum, & qui pro tunc magis erant in uso: nam ut bene advertit Scotus suprà n. 12. In primitiva Ecclesia erant pauci credentes, & ideo pauci ministri sufficiebant ad dispensandum eis Eucharistiam: & ideo non oportuit tunc ministros in singulis gradibus institui; post autem multiplicata est fides, & etiam concomitabatur devotione ad communicandum quotidie, & tunc fuit necessitas habendi multos ministros ad singula ministeria ad Eucharistiam pertinencia: & ideo tunc Ecclesia multos ministros in singulis gradibus instituit.

Nec tamen, tunc de novo instituti sunt illi Ordines; immo Mag. in littera dicit, quod Christus actus singularium Ordinum in seipso exercit; & eram quod antiquitus praesigabantur in quibusdam gradibus correspondentibus ei in lege Mosica, Sed Ordines ab antiquo instituti, tunc quando multiplicatus est numerus fidelium collati sunt ministris, quos prius non oportuit confessi alii: quia non fuit prius necessarium eis ministerium.

Hæc est etiam ratio (persequitur Doctor) quare modo in Ecclesia non sunt in singulis Ordinib[us] determinati ministri, quia eti[us] modi sit multiplicata multitudo fideliuum; tamen est immutata (alijs dimunita) Letitia devotionis. Vnde multi viri sene in anno volant communicari, & ideo circa Eucharistiam dispensandam non oportet modi toti ministros abservare. Et propter hoc quatuor Ordines non sacri simul conseruntur, ita quod nullus est deputatus ad ministrandum in grada inferiori, quasi ille sit sibi proprius & aliis ali. Hæc Doct. Subtilis.

Doctor Seraph. 4. dist. 24. p. 2. a. 2. q. 4. circa principium sic ait: Sed quid debeant esse tantum tres (Ordines) videtur auctoritate Dionysii de Eccles. Hierar. ubi non ponit nisi tres gradus; scilicet Ministros, Sacerdotes, & Episcopos. Responder autem n. 79. Quod Dionysius sub ministris comprehendit septem gradus, qui omnes administrant Sacerdoti. Credo voluisse dicere, sex gradus, Nam, ut ibidem ait, principalis gradus est unus (scilicet Sacerdotium) cui & subservientes debent esse duo (scilicet Diaconatus & Subdiaconatus) quia enim a primo deficient, radunt in dualitatem, & rursus subservientes duobus sunt quatuor (scilicet Acolythus &c.) quia deficient etiam ab illis: & sic patet perfectio & consummatio Ordinum & distinctione in numero septenario secundum gradus potestatum, qui sunt essentiales Ordini. Quomodo ergo

septem gradus administrant Sacerdoti? Aut forte gradus Sacerdotii etiam administrat Sacerdoti? Nonne Dionysius expressè distinguit inter Sacerdotes & Ministros?

Igitur satisfactum est auctoritati D. Dionysii, Minime, inquis, quia ipse Episcopatum numerat distinctum Ordinem à Sacerdotio & Diaconatu; ac proinde non tantum septem, sed secundum Dionysium octo erunt Ordines.

Respondeo; me ideo cibnsulto dixisse, seu addidisse illam particulam: Ad minus; tum, quia magna controverbia est; an Episcopatus sit Ordo distinctus à Sacerdotio; tum, quia videtur, quod etiam prima Tonsura sit Ordo, item Officium Cantoris.

Et quāvis sub Sacerdotio possit comprehendere Episcopatus, attamen prima Tonsura & officium Cantoris sub nullo Ordo ex assignatis venient intelligenda. Numquid ergo plures Ordines quād septem? Nequaquam.

Nam Episcopatus 35. & solo foret Ordo distinctus à Sacerdotio, non tamē adaequatē secundum communem sententiam; adeoque sub eo potest comprehendere, ut jam jam dixi, & infra latius ostendam. Quantum ad primam Tonsuram & officium Cantoris; dico cum communī sententia:

## CONCLUSIO IV.

Prima Tonsura, & officium Cantoris, non sunt veri Ordines.

**I**n primis clericalem Tonsuram non esse pro- 37. priè dictum Ordinem ut hic sumitur, hād obscurè significat Co[n]cile Trident. sess. 23. c. 2. ubi expressè distinguit inter eam, & Ordines, dicit: Ut qui iam clericali Tonsurā insigniti essent, nec probatur ex maiore ad ascenderens Ordines. Similiter cap. 6. de Refor. Nullus primā Tonsurā ini- tiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus &c.

Probatum etiam à Dicast. h[ab]c n. 18. quia in Pontificali Romano; ubi, inquit, ex instituto & distincto agitur de obligatione Ministrorum Ecclesie, nec Tonsura, nec ejus collatio Ordo appellatur, sicut collatio aliorum Ordinum; nec titulus ibi praesigitor-collationi Tonsuræ de Clerico ordinando; sed, faciendo. Hæc ille.

Fateor talis titulus praesigitur; verumtamen sub illo titulo, Tonsurandi vocantur Clerici ordinandi, ibi: Pro Clericis ordinandis parentur forsices pro incidentis capillis & bacile pro illis imponendis. Et qualibet ordinandorum habere debet suum superpellicium &c.

Igitur vel titulus explicandus est per textum, ita ut ly Faciendo, idem sit quod Ordinando; vel textus explicandus per titulum ut ly Ordinandi,

P pp 2 idem

34.  
Refoncio  
Doctoris  
Seraphici ad  
auditoria-  
tem Dio-  
nysii.

idem sit quod, Faciendis. Cur autem potius  
textus sit explicandus per titulum, quam econtra  
quas nobis edisseret?

**39.** Hoc certum est, Pontificale æquæ ac Trid.  
Pontificale Rom. dicitur.  
Tonsuram ab Ordinibus tam minoribus, quam  
majoribus distinxisse. Vnde subsequens titulus  
est De minoribus Ordinibus. Et post hunc tractatur  
De Ordinatione Ostiariorum, & sic de aliis con-  
sequenter.

Si Pontificale censisset, Tonsuram esse ve-  
rum Ordinem, veluti est Ostiarius; cur etiam non prefixisset similem titulum, De Ordina-  
tione Clericorum? Cur diceret: Clericus fieri po-  
test, & non potius Ordinari potest? Cur dixisset:  
Clericus fieri potest extra Missarum solemnia quo cumque die, horâ, & loco. Quatuor autem minores Or-  
dines dari posunt extra Missarum solemnia, diebus Do-  
minicis, & festis duplicibus, sed in manu tantum? Liquet ergo manifestè, primam Tonsuram non  
esse computandam inter minores, multò mi-  
nus inter maiores Ordines.

**40.** Esto; reponit quispiam; ergo non est Ordo,  
negatur Consequens. Alioquin per èam  
nomine vocatur ab Innoc. 3. cap. II. de stat.  
& qual. & ord. præf. Cum contingat interdum,  
quod laici ad Monasteria convolantes, à suis Abbati-  
bus tonsurantur: requisiisti, an Clericatus Ordo in  
Tonsura huiusmodi conferatur. Super quo tibi taliter  
respondemus, quod cum in septima Synodo sit Statu-  
tum, ut Lectore per manus impositionem licentia sit  
unicuique Abbatii in proprio Monasterio solummodo fa-  
ciendi, dummodo ipsi ab Episcopo (secundum mo-  
rem prefectorum Abbatum) manus impositione facta  
noceatur, & confet eum exifere Sacerdotem: per  
primam Tonsuram, iuxta formam Ecclesia datam à  
talibus Clericalis Ordo confertur.

**41.** Consimiliter Pius quintus Bullat Sanctum &  
salutare 91, apud Cherubinum appellat primam  
Tonsuram, characterem clericalem, ibi: Clericuli  
characterem non legitime insigniverit, aut ad Ordines  
minores vel sacros, ut præfertur, vel aliis male promo-  
verit &c.

**& Conc.**  
**Trident.** Accedat Conc. Trident sess. 21. c. 14 de Re-  
for. quod sic incipit: Quoniam ab Ecclesiastico  
Ordine omnis avaritia suspicio, abesse debet: nihil  
pro collatione quoruncunque Ordinum, etiam clericali  
Tonsuram &c. quovis prætextu accipiant. Ergo  
secundum Tridentinum etiam clericalis Ton-  
sura est Ordo, eamq[ue] partem communis se-  
quentur Canonistæ.

**42.** Probstute  
ratione 1.  
Tonsuram  
non esse  
Ordinem.  
  
Respondeo: DD. Angelicus, Seraphicus,  
& Subtilis, ceterique Theologi, paucis ex-  
ceptis, sequuntur partem oppositam, quæ ra-  
tione probatur; quia per primam Tonsuram  
non confertur aliquis gradus præminentiae in  
Ecclesia, seu inter Ecclesiasticos, cum sit com-  
munis omnibus Clericis; nec ratione ejus com-  
petit Clerico aliqua spiritualis potestas aut li-  
centia exercendi particularem actionem sacram,  
spectantem ad Sacrificium Missæ seu ad Sacra-  
mentum Eucharistie, quod tamen requiritur,

ut patet ex dictis, ad verum & proprium Or-  
dinem, prout hic de eo agitur, id est, ad Or-  
dinem, sextum Sacramentum.

Unde etiam non perficitur sub eodem modo Tonsura  
materie & forme, sicut alii Ordines. Non enim  
traditur tonsurando vñllum sacram instrumentum  
ad divinum cultum inferiens, sed ut ha-  
betur in Pontificali Tit. de Clerico faciendo;

Incepto Psalmi (Conserua me Domine) Pan-  
fæcsum cum forcibus incidit unicuique extrentates  
pillorum in quatuor locis; videlicet in fronte, in ci-  
pitu, & ad utramque auren, deinde in medio capi-  
tis aliquot crines capillorum, & in dactile depositi.

Neque dum hec fuit Ponitifex unum ali-  
quibus verbis, quibus tribuatur aliqui potest,  
verum, ut ibidem præscribitur: Quislibet con-  
tundit dicit: Dominus pars hereditatis mea  
& calicis mei, tu es qui restitues hereditatem  
meam mihi.

Omnibus tonsis mitra deposita surgit Ponitifex  
stans versus ad illos, dicit. Oremus: Praesta qua-  
sumus omnipotens Deus, ut hi famuli tui, quorum  
hodie comes capitum pro amore divino  
depositum, in tua dilectione perpetuo ma-  
neant; & eos sine macula in sempiternis  
studias. Amen.

Tunc schola inchoat, & prosequitur Antiphona  
sequentem, putat Hi accipient &c. cum Psalmi de-  
mini est terra &c. deinde repetitur tota Antiphona:  
Hi accipient &c. Quà finitè surgit sine mitra Pon-  
tifex, & ad altare conversus dicit: Oremus. Eli-  
mistri dicunt: Flectamus genua, Resp. Levate il-  
mox ad tonsos genitexos versus Ponitifex, dicit:

Adesto Domine supplicationibus nostris, &  
hos famulos tuos beneficere dignare, quibus  
in tuo sancto nomine habitum sacra Religi-  
onis imponimus, ut te largiente, & devotis  
Ecclesia una perficiere, & vitam percipere me-  
reantur æternam. Per Christum Dominum no-  
strum. Amen.

Tunc Ponitifex sedet cum mitra & accepienti  
num superpellicium, dicit singulis. Inducte te Do-  
minus novum hominem, qui secundum Deum  
creatus est in justitia & sanctitate veritatis. Il-  
mox imponit illud cibilibus, rependo: Inducte te Do-  
minus immensus usque ad scapulas &c. Quo expedit, su-  
bit surge Ponitifex, & versus ad illos dicit. Ote-  
mus.

Omnipotens sempiternus Deus proprie-  
peccaris nostris, & ab omni servitute facilius  
habitùs hos Famulos tuos emunda; ut dum  
ignominiam sæcularis habitùs deponunt, tu  
temper in ævum gratiâ perficiantur; ut facili  
solicitudinem coronæ eos gelare facimus in-  
pitibus, sic tuâ virtute, hereditatem subsequi  
mereantur æternam in cordibus. Quicunq[ue]  
parte & Spiritu sancto vivis & regnas Deus per  
omnia sæcula sæculorum. Amen.

Deinde sedet cum mitra Ponitifex, & accep-  
tus sub his verbis. Filii charissimi, animadverte-  
re debetis, quod hodie de fato Ecclesie hedi-  
cili

estis & privilegia clericalia sortiti estis ; cavete  
igitur ne propter culpas vestras illa perdatis , &  
habitu honesto , bonisque moribus , atque ope-  
ribus Deo placere studeatis . Qod ipse vobis  
concedat per Spiritum sanctum suum . Amen .  
Tum suggeste Archidiacono , ordinati redeunt ad  
loca sua . Hucusque Pontificale Romanum .

Ex quo apparet evidenter , quod licet latè  
loquendo prima Tonsura possit dici Ordo , &  
Tonsuratus ordinatus ; quia est nota aliqua seu  
signum , quo distinguit Clericus a Laico , &  
supra Laicorum statum evehitur , factus de fato  
Ecclesiæ , & particeps privilegii clericalis ; nec  
non capax Ordinum minorum & majorum ,  
atque jurisdictionis ac beneficii Ecclesiastici ;  
equidem in rigore & propriè loquendo , non  
esse verum Ordinem prout hic sumitur , id est ,  
prout Ordo constituit sextum Sacramentum ,  
cum non perficiatur per traditionem ullius parti-  
cularis instrumenti , ad divinum cultum in-  
servientis , neque per verba , conferentia aliquam  
particularē potestatem vel gradum præemi-  
nentem , prout perficiuntur Ordines minores ,  
& majores , ut suo loco videbitur .

Hinc Doctor Angelicus part. 3. in suppl.  
q. 40. a. 2. in corpore : Dicendum , inquit ,  
quod ministri Ecclesie à populo separantur , ad vacan-  
tiam d' in cultu , in cultu autem divino quadam sunt ,  
qua potestas determinata sunt exercenda , & ad  
hoc datur spiritualis potestas Ordinis : quadam autem  
sunt que communius à 1000 Ministrorum Collegio sunt ,  
sicut dicere divinas Laudes , & ad hoc non exiguntur  
aliquae potestas Ordinis , sed solum deputatio ad tale  
officium , & hoc sit per coronam : & ideo non est Or-  
do , sed praambulum ad Ordinem .

Quod sic explicat Doctor Seraphicus 4. dist.  
24. p. 1. a. 1. q. 2. in corp. Dicendum , inquit ,  
quod sicut in transiuntibus de uno statu ad alium præ-  
mittunt aliquod preparatorium , quod non ponit in  
statu , sed disponit , sic in proposito intelligendum est .  
Nam sufficiens Ordinis Sacramentum in quadam  
speciali statu inter fidèles collocantur . Vnde quem-  
admodum inter statum secularium & religiosum me-  
dius est novitatus , in quo nec secularis , nec Religiosus  
est propriè , cum non vorerit ea , que sunt Religionis ,  
servare , & sicut inter fidèles & infideles , mediis sunt  
Catechumeni , qui tamen non sunt inter fidèles com-  
putandi , immo horā communionis de Ecclesia consue-  
verunt emitti sicut Novitii de Capitulo : sic Clerici me-  
diis sunt , in quantum habent Tonsuram inter Laicos &  
Ordinatos : Quia tamen signum istud omnibus est  
commune ; ideo omnes Clerici nuncupantur , & con-  
fundit nomen . Sicut ergo Novitatus non est Religio ,  
sed ad Religionem disponit : & Catechumenatio five Ca-  
techesatio non est Baptismus , sed dispositio & prepara-  
tio , sic commune signaculum non est Sacramentum ,  
nec Ordo , sed tantum dispositio . Hucusque D. Bo-  
nayentura .

Non gravetur Lector , si subscriptisero objec-  
tiones communes & solutiones ex eodem Se-  
raphico Doctore . Ad illud , inquit , quod obicitur ,

quod est sacre rei signum , dicendum ; quod ista non  
sit tota ratio Sacramenti , sed amplius oportet addere .  
Non enim sufficit signatio , nisi etiam ibi aliquid con-  
feratur , quod cum non sit in corona , quia nulla tra-  
ditus spiritualis potestas , patet quod non est Ordo .

hanc doctrinam  
nam ex co-  
dem Docto-  
re .  
Prima

Similem solutionem huius objectioni adhibet  
Doctor Subtilis . 4. dist. 24. q. unicā n. 12. ibi : scilicet  
Ad ultimum nego primam Tonjuram esse Ordinem , &  
cum dicas : est signum rei sacra . Respondeo , non esse  
signum prædictum efficax rei sacramentalis , id est ,  
gratia , quomodo intelligendum est Sacramentum esse  
signum rei sacra , ut dictum est dist. 1. Quod additur  
ibi de privilegiis clericali , non valet : quia laici con-  
versi in Religionem , gaudient privilegio clericali ; &  
potius Legislator illud privilegium dedisse Principi vel  
laici simpliciter laico : falsa est igitur illa proposicio ,  
quod illud privilegium est proprium ordinato . Hac  
Scotus .

Sed revertamur ad Doctorem Seraphicum .  
Ad illud , inquit , quod obicitur , quod non sit nisi  
propter spirituale : dicendum ; quod verum est , quod  
corona sit propter spirituale non tamen propter spiri-  
tuale officium , quod ibi datur , sed quod ibi figuretur :  
& ad hoc , quod homo configuretur & preparetur , &  
ideo non frustra sit .

Queris quod sit illud spirituale officium ,  
quod ibi figuratur ? Respondeo verbis eiusdem  
Doctoris ibidem q. 1. in corp. In Sacramento  
Ordinis datur potestas ad istud nobile officium ex-  
equendum . Et quoniam hec omnibus non datur , nec  
omnibus dari debet , ideo oportet personas hoc officium  
(puta Sacerdotium ) sufficientes , primo consignari :  
& hoc signaculo quod ostendat distinctionem ; & quod  
etiam sit in traditionem , nullum autem ita conveniens  
est , ut Tonsura cum corona . Primo , ratione situs ;  
quia in superexcellenti parte debet hoc signaculum po-  
ni , ut significet officium nobilitatis , ad quod paratis  
sunt . Secundum vero , quia Tonsura inferior cum ra-  
tura superiori circularem figuram faciunt in capilla-  
tura : & ita appellari potest corona , que signat eos  
parari ad regale Sacerdotium secundum illud : Vos  
estis genus , electum , regale Sacerdotium : ideo  
signaculum regis de rebusque eius competit ad dislin-  
guendum . Itaque spirituale officium propter  
quod significandum fit corona , est Sacerdo-  
tiuum .

Sed pergamus ad alias objectiones . Ad illud  
( inquit Bonav. ) quod obicitur , quod datur à per-  
sona excellenti , dicendum ; quod eiusdem est prepa-  
rare materia , & formam adducere : & quoniam  
præparat ad Ordinis Sacramentum , qui ponit homi-  
nem in statum excellenciam , & qui etiam traditur à  
personis excellentibus , ideo & corona , non ratione  
sunt , sed ratione eius , ad quod disponitur .

Ultimè obicitur : ex corona efficitur aliquis ,  
& dicitur Clericus ; sed Clericus & laicus di-  
stinguuntur : si ergo omnes fideles , aut habent  
Sacramentum Ordinis , aut laici dicuntur , vi-  
detur , quod cofonati recipiunt in susceptione ,  
vel coronatione Sacramentum Ordinis .

Respondeat D. Bonaventura supra : Nec laicus solitus  
est

P P P 3

Terteria ob-  
jectio &  
solutio ,

Ultima ob-  
jectio .

est proprie, nec ordinatus. Sed tamen magis se tenet cum ordinato, sicut Novitus plus appropinquat ad statum Religionis: & sicut dicitur Religiosus, quamvis non professus dicatur, sic habens coronam dicitur Clericus, cum tamen non sit ordinatus.

50.  
Responso  
ad obiectio  
nem ex iure  
Canonico,  
Bullâ Pii V.  
& Concil  
Trident.

Ex his patet responso ad superius objecta ex jure Canonico, Bullâ Pii V. & Conc. Trident, videlicet Innocent. in cap. Contingit, sumpsisse nomen Ordinis amplè pro ipso statu, ut clericalis seu clericatus Ordo, idem sit quod clericalis, seu clericatus status, per quem Clericus distinguitur aliquo modo à laico, & supra statum laici evehitur.

Similiter Sixtus V. sumpsit nomen Charakteris non pro signaculo animæ impresso, sed pro eodem statu, sive pro insigni clericali externo, putò tonsura seu corona. Immo aperte, ut patet ex verbis supra relatis, huic, quem vocant Charakterem, distinguunt ibi ab Ordinibus, discretè nominans Clericalem Charakterem & Ordines. Prout etiam Conc. Trident, quod solùm vult, non licere quidpiam accipere non solùm pro collatione Ordinum, sed etiam prima Tonsuræ, & quibusdam aliis, quæ ibi recentef. Ergo Tonsura est Ordo, negatur Consequentia: immo potius contrarium inferri poset; ergo non est Ordo; alioquin sufficienter expressisset eam in illis verbis: Quorumcumque Ordinum, adeoque frustra addidisset; Etiam clericalis Tonsuræ.

51.  
Pontificale  
Rom intel  
ligi debet de  
Ordine latè  
dicto.

Consumiliter de Ordine latè dicto intelligi debet Pontificale, quando in degradatione à prima Tonsuræ, vocat eam Ordinem ibi: Pontifex Degradator extrahit degradando superpellicium dicens: Autoritate Dei Omnipotentis &c. deponimus, degradamus, spoliamus, & eximus te omni Ordine, beneficio & privilegio clericali &c. Alioquin si intelligeret verum Ordinem, cur non ponaret titulum: Degradatio ab Ordine Tonsuræ; sicut ponit titulum: Degradatio ab prima Tonsuræ.

Itaque hac sententia videtur nobis verior, & frustaneum judicio, citare particularum Auctores, qui eam docent, cùm, sicut antè dixi, omnes Theologi eam doceant paucis exceptis. Tantum apponam verba Villalobos in summa tract. 11. dist. c. 2. n. 4. Prima, inquit, Tonsura dicitur Ordo latè loquendo, quia qui illam habet aliquas actiones habet adinstar Ordinorum, potest cantare in Choro, & assistere Missæ, & ideo potest intrare Ecclesiam tempore interdicti. Hæc ille.

Cæterum quæ prima Tonsuræ, eadem videatur ratio, immo major officii Cantoris in Ecclesia, seu officii Psalmistatus, de quo sic scriptum habes in Pontificali Romano (ex Conc. Carthag. 4. cap. 10.) Psalmista, id est, Cantor, potest sola iunctione Presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi Presbytero: Vide ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes. Et si Episcopus Cle-

52.  
Officium  
Cantoris  
non est pro  
priè dictus  
Ordo.

Item distinctione. 25. c. 1. ibi: Ad gloriam perire officium canendi, diuine benedictionem &c. Ad Lectorem pertinet Lectiones pronuntiantur. Respondeo cum D. Bonaventura: Siquidem etiam annuum Ordini, quod tamen specialiter & principaliter non convenit Ordinanti: sic Psalmista potest inter Ordines computari, & ita accipi Ubi.

ricum ordinans sic faciat, bene facit. Si officium psalmistarum collarum olim fuerit, degradando post degradationem à prima Tonsuræ, si velut Presbyter dicit: Quia quod ore cantasti, corde non creditisti, nec operi implieisti; ideo cantandi officium in Ecclesia Dei à nos amovemus.

Ex quo patet Psalmistarum minus esse, & debere vocari Ordinem, quæ primam Tonsuram; nam hæc aliquo rite Ecclesiastis confertur, idque stabiliter: ille autem solis verbis, neque permanenter, sed ad tempus secundum Episcopi aut etiam Presbyteri arbitrium.

Unde etiam non est necessaria degradatione à Psalmistarum, ut colligatur ex verbis Pontificis mox allegatis ibi: Degradando post degradationem à prima Tonsuræ, si velut, Pontifex dicit. Ergo si non velut, non est necesse quod aliquid dicat. Et tamen necessaria est degradatione à prima Tonsuræ. Quæ etiam ordinantis solum confertur ab Episcopo. Si ergo hæc non est Ordo propriè loquendo, prout hic accipitur, nullus ille.

Sanè neque à Trident. inter Ordines recessetur; neque uspiam in Pontificali Romano vocatur Ordo, aut ejus collatio vocatur Ordinatio, prout appellatur collatio aliorum officiorum ab Episcopatu, usque ad officium Officii inclusivæ.

Placet audire Doct. Seraphicum 4. dist. 14. part. 2. a. 2. q. 2. in corp. Dicendum, inquit, quod Psalmista propriè non est Ordo, sed officium Ordini annexum. Et ratio huius est: quia non datum est, cui debeat specialis gradus Ordinis deputari, sed solum est annexum Ordini. Psalmista conatur Cantor pro eodem reputantur, sicut patet ex ipso dicuntur: Psalmista, id est, Cantor &c. (con. 1. dist. 23. ) Psalmista enim est non solum alios cantare, sed etiam alios cantus armanni libenibus intersevere: & hoc ut audientium certa continentur ad Dei laudem, & ad eruditum Latinum, ut non afficiantur ratio in auditione verbi domini, in hoc ergo quod est ad laudem Dei, cùm illud sit omnium fidelium communiter & simul, non opera ab hoc Ordinem deputari. In hoc statim quod exeat certa eruditio, & ad percipientem sensum, quæ predictus Lector, est officium annexum Ordini Latinum: sic patet, quod strix accipiendo Ordines, & gratias Psalmistatus non debet inter Ordines computari.

Quid ergo ad Isidorum, qui, ut refutatur dist. 21. c. 1. cateris Ordinibus annumerat Psalmistatum, ibi: Generaliter Clerici nuncupantur moniales, qui in Ecclesia Christi deserviunt, quorum gratias & nomina sunt hæc: Officiarius, Psalmista, Lector &c.

Item distinctione. 25. c. 1. ibi: Ad gloriam perire officium canendi, diuine benedictionem &c. Ad Lectorem pertinet Lectiones pronuntiantur. Respondeo cum D. Bonaventura: Siquidem etiam annuum Ordini, quod tamen specialiter & principaliter non convenit Ordinanti: sic Psalmista potest inter Ordines computari, & ita accipi Ubi.

56.  
Quae etiam  
applicari  
potest ver-  
bis Clem-  
entis.

Consimiliter intelligo Clement. Rom. lib. 3.  
Constit. Apost. c. 11. sequentis tenoris. Inmo-  
neque reliquis Clericis potestatem baptisandi facimus,  
ni Lectoribus, Cantoribus, Ianitoribus, aut mini-  
stribus, nisi tantum Episcopis & Presbyteris ministri-  
tibus Diaconis. Qui per hoc ausi fuerint, penas Co-  
ritarum pendent. Neque Presbyteris potestatem da-  
mus ordinandi Diaconos aut Diaconissas, aut Lec-  
tores, aut ministros, aut Cantores, aut Ianitores, sed  
Episcopis tantum; hic enim est Ordo Ecclesiasticus,  
& concentus. Hac ille.

Ubì collationem Cantoratus vocat Ordina-  
tionem. Sed, sicut dixi, Ordinationem sumit la-  
tius pro collatione officii Ecclesiastici; neque  
enim ibi erat quæstio, an omnia enumerata  
essent veri Ordines, prout h̄c de Ordine lo-  
quimur, sed an illa officia Ecclesiastica (sint  
vel non sint propriæ dicti Ordines) possent con-  
ferriri à Presbyteris.

Et quāvis Clemens ibi resoluerit partem  
negativam, forte, quia tunc illa officia conse-  
rebantur ritu Ecclesiastico, & modo stabili;  
equidem hodie contrarium apparet verum de  
Psalmistatu, seu de Cantoratu, ut patet ex Pon-  
tificiali supra, idque quia modo non conferunt  
Cantoratus ritu aliquo Ecclesiastico & stabili  
modo.

Ad illud, quod objicitur; quod Prophetia  
Psalorum est dignior, vel æquè digna, quām  
alii Prophetie. Respondet Doctor Seraphicus  
suprà ad 2. Quod digna est, quantum ad intellectum  
& sensum, ita, sicut alia; sed quia Psalmista non  
tantum erudit per sensum verborum, sed etiam exci-  
tit mentes per tantum musicorum, & per emissionem  
vocum resonantium, & hoc competit multitudini;  
alias vero Prophetias competit uni recitare, cui ali  
sint intenti: ideo oportet illum, qui legit esse proverbi-  
um, non ratione eius, quod recitat, sed ratione  
modi recitandi.

Ad aliud, quod objicitur; quod nobilis &  
dignius officium est Psalms in Ecclesia recita-  
re, quām sit ostia custodiare: Dicendum (inquit  
Bonaventura supra ad 3.) quod maioris autoritas  
& dignitas est excludere indigos, & admittere  
dignos ad divinum officium, quām interesse & Psal-  
mos cantare, pro eo, quod primū dicit quādam  
autoritatem & potestatem: nec competit alii, nisi  
detur ab eo, qui habet autoritatem eminentem, sci-  
llet ab Episcopo. Sed psalmodia respicit scientiam &  
vocabulam, & qui habet haec, sine donatione autoritatis,  
potest hoc facere solum iustitione Sacerdotis, ut predictum  
est; quāvis ergo istud officium maius videatur, tamen  
si consideretur autoritas utrobique, illud est maius,  
quam hoc. Haec est Doctor Seraphicus.

Nec video quid aliud possit objici. Teneo  
itaque cum hoc Doctore, & aliis communiter,  
Psalmistatum, seu Cantoratum non esse Ordini-  
nem propriè loquendo, prout h̄c, distinctum  
saltē à Lectoratu, sed potius officium aliquod  
Ecclesiasticum, Lectoratu annexum.

Idemque afferro de officio Laborantium seu

Fossariorum, prout etiam de officio sepeli-  
tum mortuos, quāvis aliquando à Patribus  
enumerentur inter Ordines; afferro, inquam, et proprie-  
tatem non  
dicitus Ordō  
ut nec offi-  
ciū sepa-  
litentiū,

Fossariorum, prout etiam de officio sepeli-  
tum mortuos, quāvis aliquando à Patribus  
enumerentur inter Ordines; afferro, inquam, et proprie-  
tatem non  
dicitus Ordō  
ut nec offi-  
ciū sepa-  
litentiū,

Fossariorum, prout etiam de officio sepeli-  
tum mortuos, quāvis aliquando à Patribus  
enumerentur inter Ordines; afferro, inquam, et proprie-  
tatem non  
dicitus Ordō  
ut nec offi-  
ciū sepa-  
litentiū,

Quod autem Patres aliqui eorum memine-  
rint, sicut dixi, ratio est; quia non agebant  
particulariter de Ordinibus Sacramentis, sed  
in genere de Officiis Ecclesiasticis; inter quæ  
hæc poterant aliquo modo computari; tum  
quia sepultura à Ecclesia pertinet, tum quia  
fortè tunc temporis ritu aliquo Ecclesiastico &  
stabili modo conferebantur.

Porrò quod Patres illi non cutaverint ira de  
veris Ordinibus, quām de Officiis Ecclesiasticis,  
vel indè satis colligitur, quod subinde ali-  
quos veros Ordines omiserint, enumeratis aliis,  
qua secundum communem sententiam non  
sunt veri Ordines.

Itaque nullum aliud est officium Ecclesiasti-  
cum, prater tres Ordines majores (sub Sacer-  
dotio comprehendo Episcopatum) & quatuor  
minores, quod possit censeri verus & propriè  
dictus Ordō, prout est sextum Sacramentum;  
quia de nullo alio constat, esse aut fuisse gradum  
præminentem in Ecclesia, disponenter de  
congruo ad actum aliquem pertinentem ad con-  
secrationem, vel dispensationem Eucharistie,  
tituque Ecclesiastico, ac stabili modo collatum.

Sed numquid interrogat quispiam, tres Or-  
dines majores, & quatuor minores, omnes sunt  
à Christo instituti, & vera Sacraenta novæ  
legis? Respondeo:

## CONCLUSIO V.

Omnes veri Ordines à Christo  
sunt instituti, & probabilius  
Sacraenta.

**Q**uāvis Doctores Catholici convenient  
in septenario numero Ordinum, trium  
majorum, & quatuor minorum, docentes; om-  
nes esse veros Ordines; tamen Aliqui dicunt,  
solū Sacerdotium esse verum Sacramentum.  
Alii tamē idem affirmant de Diaconatu, ne-  
gant tamē de Subdiaconatu & minoribus Or-  
dinibus. Aliqui Subdiaconatum adjungunt  
Diaconatu; nos autem cum veteri sententia  
ensemus, etiam minores Ordines imino & Epi-  
scopatum. Si est distinctus Ordo à Sacerdotio,  
esse vera Sacraenta. Et quia Sacraenta esse  
non possunt, nisi à Christo sunt instituti, hoc  
primū probandum erit.

Pro-

60.  
Patres loca-  
ti fuerunt  
de officiis  
Ecclesiasticis.

61.  
Conveniens  
DD. in sepa-  
lentiū au-  
mero Ordin-  
num.